



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

52. An incidat in casum reservatum blasphemiae, si quis in ebrietate illam proferat, quam ante ebrietatem prævidit? Et an iste in censuram incidat si ea esset lata contra blasphemantes? Et an si quis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

ge hoc in tractat. 3. dispur. 1. punct. 24. §. 5. num. 30 afferentes  
Monasteria Regularium esse loca exempta, non ra-  
tione sui, sed ratione personarum. Ergo corrunt  
omnia supradicta. Et nouissime sapientissimus Pater  
Arraga in cursu Theologico, tom. 4. tract. de legibus,  
disputatione 13. sect. 2. num. 21. & 22. solide probat  
diuersum esse locum exemptum à loco extra Diœcesis.  
Et idem, ego magis adhaereo huius sententiae,  
licet contraria non careat sua probabilitate, quam  
præter Doctores citatos, tenet Bordonus in Conf. Re-  
gul. tom. 1. refol. 7. n. 4. Bonacina de censuris, quæst. 1.  
punct. 11. num. 8. Palqualigus in questionibus Can.  
quæst. 176. per totam. & Marcus Vidal. in Arca Theo-  
log. Moral. titul. de censuris, Inquisit. n. 36.

## RESOL. LII.

An incidat in casum reseruatum blasphemie, si quis in  
ebrietate illam proferat, quam ante ebrietatem  
presudit?

Et an iste censuram incurrat, si ea esset lata contra  
blasphemantes?

Et an si quis vinum usque ad ebrietatem sumeret ad  
finem, & animo iactandi blasphemias, iste incidat  
in casum reseruatum blasphemie, si illas proferat in  
ebrietate?

Et an iste in isto casu non teneatur confaci, se illas  
iactasse, sed satis sit dicere, quod se inebriauit animo  
illius iactandi?

Et notatur casum reseruatum blasphemie esse de bla-  
phemia publica, & consuetudinaria.

Sed difficultas est, quænam dicenda sit blasphemia pu-  
blica, & quænam dicatur prolatæ ex consuetudine?

Et an concutantes & percutientes imagines sacras sint  
blasphemi vel sacrilegi?

Et an hoc delictum pertineat ad S Officium? Ex part.  
10. tit. 14. & Mise. 4. Ref. 70. alia 68.

In hoc in §. 1. A liqui affirmatiuè respondent. Ratio illo-  
rum est, quia talis blasphemia diceretur  
voluntaria in causa. Et sic putant quod iste incidet  
in Censuram, si ea esset lata contra blasphemantes.  
Ad quod facit regula, quam communiter tradunt  
Doctores ad dignoscendum quodnam voluntarium  
sufficiat ad incurrerandam censuram: videlicet, si verba  
legis absolute prohibeant aliquod delictum sub  
censura, puta homicidium, censuram incurti voluntarii  
occidendo voluntarii, quod sufficit ad cul-  
pam lethalem, & ad contumaciam contra Ecclesiam.  
Sed voluntarium in causa sufficit ad peccatum mor-  
tale: Ergo sufficiet ad censuram: Ergo etiam ad re-  
seruationem. Secùs verò quando culpa sua fuisset  
quidem factus ebrios, sed tamen non aduertit ad  
periculum blasphemandi, quia in tali casu sola ebrie-  
tas esset illi imputanda, non blasphemia.

2. Sed Oliverius Mazuchellus, in tract. de casibus  
reseruatis, disp. 2. cap. 16. quæst. 3. num. 55. contrariam  
sententiam docet, quia talis blasphemia in ebrietate  
prolatæ, non est peccatum: ergo nec reseruata. Pro  
quo adiuve blasphemiam, & alia peccata oris, puta  
heresim, maledictionem, contumeliam essentialiter  
non esse talia, nisi cum vnu rationis proferantur.  
Ceterum ita blasphemantem non incidere in casum  
expedit docet Graffius in Praxi, lib. 1. cap. 10. num.  
52. Aditæ etiam idem Mazuchellus id verum  
esse etiam si quis vinum usque ad ebrietatem sumeret  
ad finem blasphemandi, iste non incidet in casum.  
Et ratio est, quia illi adhuc imputari non posset pec-  
catum blasphemie; ut potè quod vnu rationis re-  
quiratur. Vide Sancium in Selectis disputation. 20. v. 5. ad  
medijum, qui ad finem numeri infert, eum, qui le in-

ebriauerit animo iactandi blasphemias, si tempore  
ebrietatis illas iactet, non teneri in confessione di-  
cere se illas iactasse, sed satis esse dicere quod se in-  
ebriauerit animo illas iactandi.

3. Notandum est tamen hic obiter, casum reser-  
vatum blasphemie esse de blasphemia publica, &  
confuetudinaria. Difficultas est, quænam dicenda sit  
blasphemia publica. Dico igitur cum nostro Patre  
Vidal. in Arca Theolog. Mor. rit. de blasphemia. In-  
sest. vñica, num. 38. quod ad minus coram sex per-  
sonis audientibus pronunciari blasphemiam, dicen-  
do est blasphemia publica; quia per se occultum di-  
citur, quod sit coram quinque, cap. Quis aliquando.  
§. Hæc ergo secreta de Pænit. dist. prim. & Gloss. in cap.  
Manifesta 2. quæst. 1. vbi habetur, occultum, dici,  
quod quinque sciunt. Observat etiam idem Vidal,  
num. 4. 1. cui addit Finelli, de casibus reseruatis. cas. 3.  
n. 26. non esse dicendam blasphemiam publicam,  
quando quis blasphemat coram filiis, vel famulis  
tantum, etiam si plures quam decem: Nam ad  
dicendam blasphemiam publicam requiritur præsen-  
tia, & intelligentia Exterorum, qui non sunt ex fa-  
milia blasphemantis. Altera difficultas est, quænam  
blasphemii dicatur prolatæ ex consuetudine. Aliqui,  
vt Graffius in sua Praxi Casuum reseruatis. lib. 1. cap. 10.  
num. 14. Lucas Florus de Casibus reseruatis. part. 2.  
casu. 3. man. 1. o. & alij ex tribus actibus volent induci.  
Alij, vt Iason in leg. Ait Prator. 1. §. Iurari. ff. de  
Iure in rando, num. 4. cum eius Aſſeclis, sentiunt non  
constituī per ternos actus, sed require multo plures,  
non tenentes tamē numerum. Alij volent, nec de-  
cem sufficiunt actus in uno, aut altero die productos,  
vt Finelli cum eius Sectatoribus tr. de Casib. reseru.  
cas. 3. num. 28. alij procedunt cum distinctione sic,  
vel consuetudo est circa peccata contra Iustitiam, vt  
peccatum furti, & homicidi; vel est, circa peccata  
contra charitatem, velut est sodomia, incestus, bla-  
phemia, &c. Supposita hac distinctione, dicunt in  
peccatis contra Iustitiam constitui consuetudinem ex  
geminato, aut triplicato peccato interpolatis tem-  
poribus patrato; & aut tantum sic debere intelligi  
Doctores fluentes consuetudinem constitui ex du-  
plici, aut triplici actu; nam quis non affirmaret illum  
esse consuetudinari furem, aut homicidiam, qui in  
anno tria committeret fura grauia aut homicidia?  
Ceterum in peccatis solummodo contra charitatem  
existimant non esse improbabilem opinionem Fi-  
nelli, & eius Sectatorum, dicentium neque decem  
sufficiunt actus in uno, aut altero die productos,  
Patet enim, quod si reserueretur molles, quæ est  
peccatum contra charitatem, non sufficeret actus  
ternus, vel quaternus, aut etiam maior numerus ad  
constituyendam consuetudinem. Quapropter leui  
negotio Doctores dissident de numero iterationis,  
ad constituyendam consuetudinem possent conciliari  
hanc admittendo distinctionem, quam vt longè at-  
tendamus, propono; quia distinguentes, vel at-  
tingint veritatis finem, vel ei approximantur. Alij  
declinando ab extremis, tanquam periculosis, & viam  
sequentes medianam, quæ vulgo dicitur, Regia, aiunt Sup. hoc  
quincunx sufficiunt actus, & in propolito quinque  
blasphemias, ad constituyendam hominem confu-  
tudinariam in blasphemis. Itius sententiae sunt  
gnanter in præcipue, quos viderim ipse Lazarus Canonicas, tom. 5. rr. 12.  
Q. quæst. 8. num. 5. Homobonus de Casibus reser.  
part. 2. casu 1. Petrus Bellocius in Praxi Morali  
Theolog. part. 2. quæst. 1. num. 242. & ita etiam docet  
Vidal, num. 40. Ex his patet, quod raro accidit, vt  
observat Finelli vbi supra num. 29. consuetudina-  
rium, & publicum, in eodem concurere; Multi  
enim sunt blasphematores consuetudinarii, qui ta-  
men non sunt publici, & è contra; casus vero com-  
pletatur

Sup. conten-  
to in hoc §.  
lege doctri-  
nam §. per  
totum, Ref.  
seq. & pro  
parte vide  
doctrinam §.  
Ref. not. leg.

TON:  
1511

plegitur utrumque. Neque hoc dixisse volui ad lataxandas Confessariorum manus, verum ad eosdem liberdos errore, ne si forte quempiam absoluant contra con clementiam erroneous sponte sua, si non excommunicationis, saltem mortalis peccati laquo se implicant, & plurimi etiam se excommunicatos crederent, et si non essent.

Sup. contencio in hoc §.  
in tom. 5. tit.  
12. Ref. 9. p.  
totam.

4. At si aliquis hic querat, an conculcantes, vel percutientes sacras imagines sint blasphemati, vel sacrilegi: Respondeo, hanc esse blasphemiam, docere Gypium de *Cajibus referuntur* cap. 9. *caser* 3. num. 8. esse vero sacrilegium melius tenet Pater Vidal. *vbi supr.* num. 53. Sed quicquid sit de hoc, certum est tale delictum pertinet ad Sanctum Officium tanquam merè Ecclesiasticum; & ita me citato tenet nouissimum Antonellus in *Regim. Eccles. Episc. tom. 2. lib. 6.* cap. 25. num. 1.

## RESOL. LIII.

*An sit blasphemus consuetudinarius qui post retractata per actum opositum prava voluntatem, iterum deliberatè per tres vices blasphemat?*

*Et an iste nunquam incidat blasphemando tali modo in casum reservatum blasphemiam publicæ, & ex consuetudine; & hoc toties quoties per retractationem, & post actum contritionis extra Sacramentum defatur consuetudinem aduententer blasphemandi, si iterum semel, vel bis, aut ter blasphemat post ultimam retractationem, confessionem, vel contritionem?*

*Et notatur, quod hoc non debet intelligi de blasphemis eodem tempore, eodemque impetu ira prolati, sed de euomitis in interpolatis temporibus.*

*Et quid est dicendum de eo, qui in Iudo codem, & cum eiusdem personis ex intercallo, & interpolatis diuersis verbis plures blasphemavit Deum, vel B.V. virginem, an, inquam, incidat in casum reservatum, ut blasphemus ex prava consuetudine? Ex part. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 71. alias 69.*

Sup. doctrina §. 1. Notandum est Ref. præterita, & pro consuetudine blasphemandi ramis per lege in tom. 4. tract. 12. ex Ref. 8. doctrinam s. Nota tamen,

*Affirmatiè respondet Carolus de Baucio contentus in hoc §. si pro blasphemia publicæ, & consuetudinaria legi. Notandum est Ref. præterita, & pro consuetudine blasphemandi ramis per lege in tom. 4. tract. 12. ex Ref. 8. doctrinam s. Nota tamen,*

*Affirmatiè respondet Carolus de Baucio, fol. 41. vbi sic ait: Dubium est, qui sic blasphemat coram quinque Deum ex peruerla consuetudine, sed accepta penitentia in foro poenitentiali decreuit apud se non amplius blasphemare; verum post aliquid temporis spatium, iterum reincident bis, aut ter coram fers peronis, an iste dicatur peruersè blasphemare? Relpondet quod sic, quia consuetudo facile inducit, sed difficulter repellitur, & res de faciliter ad pristinam naturam Rursus illud dicitur nunquam scilicet, quod nunquam decreuit, vt patet ex cap. Nam & ego, invicta glossa de verb. significat, sed qui post blasphemiam penitentia peracta recidunt, non videntur perstisit in penitentia: ergo perfeuerant in habitu peruersè blasphemiam, vt consuetudo reuictificat; vt patet ex Textu, in cap. Eos, qui de sentent. Excommunicatione, in 6. Hucyisque Baucius; cui addit Graffium, de *Cajibus referuntur*, lib. 1. cap. 10. num. 67.*

*2. Sed negativam sententiam tenet noster Pater Vidal, in *Arca Theolog. Mor. tit. de Blasphemia. Inquis.* vniqa, num. 42. sic asserens: Quares an censorius blasphemans ex peruersa consuetudine ille, qui dum confessus est peccata sua habuit firmum propositum se corrugandi, & non amplius blasphemandi; attamen interiecto aliquo temporis spatio, iterum aduententer blasphemat semel, aut bis coram tot peronis sufficiens ad faciendam blasphemiam publicam, & per consequens an illa blasphemia com-*

prehendatur sub casu referuato? Respondeo negatiè. Probatur primò, quia blasphemie remissa non aggraunt, neque coincidunt cum subfrequentibus sed istæ ultimæ non sunt ex se sufficientes ad constitutendum blasphemantem ex consuetudine: ergo non censetur blasphemans ex prava consuetudine, qui post habitum efficax propositum non amplius blasphemandi iterum semel, vel bis blasphemat, ac idcirco talis blasphemia non erit referuata: Antecedens probatur, quia blasphemiae remissa per penitentiam sunt omnino extintæ, quoad omne suum esse, & virtutem: ergo nullo modo concurrent ad constitutandas subfrequentibus: Nam quod in se mulsum esse habet, neque etiam potest concurrens ad esse alterius. Secundò probatur: illa consuetudo peccaminosa blasphemandi videtur interrupta per efficax propositum se abstinendi ab hoc blasphemie peccato: ergo cessat status huius peccati; cum eius causa sit interrupta, & ablata, & idèo per actus subfrequentes denuò incipitur, non verò continuatur: ergo quis iterum blasphemando semel, vel bis, non censetur blasphemans ex consuetudine prava, & per consequens illa blasphemia non erit referuata. Advertendum etiam est, hanc nostram probabilissimam & veram opinionem verificari semper, toties quoties quis per actum contritionis extra Sacramentum Penitentia defatur hanc peruerla consuetudinem aduententer blasphemandi. Vnde, si quis coram pluribus perfonis in diuersis temporibus proficeret temel, aut bis, vel ter blasphemiam aduententer, & postea per verum contritionis actum se penitenter, & deinde interiecto tempore iterum semel, bis, vel ter blasphemaret coram pluribus perfonis, ac præterea denuò se efficaciter penitenter, & id per plures vices obferuaret tam labi in peccatum blasphemiam, quam resurgere cum Dei gratia dico, quod iste nunquam incidet blasphemando tali modo in casum referuatum blasphemiam publicæ, & ex consuetudine. Patet ex supra adductis. Nota ergo pie Lectio totum id diligenter, si vis immunis esse à molis scrupulis: Nam hic casus passim solet occurre, Et hac omnia docet Pater Vidal vbi supra: in cuius favorem obfero hanc opinionem extare in tabella casum conscientiae Epicopatus Bergomensis, in qua vt obferuat Lupi de *Cajibus referuntur*, part. 2. casu 1. num. 9. declaratur ut tempus ac numeratio actuum blasphemiarum incipiat post habitum ultimam confessionem, vsque ad immediate sequentem. Et hoc etiam docet Floronius de *Cajibus referuntur*, part. 2. casu 3. num. 10.

*3. Et nota hic superius dicta debere intelligi, non de blasphemis in codem impetu iræ, eodemque tempore prolati, sed de euomitis in interpolatis temporibus. Ratio est, tum quia actus plures vno contextu facti, pro vno iudicantur. Curtius, consil. 54. super duob. col. 1. in fine. Tum quia ex continuatione actus unum crimen supponitur. Dices cum leg. Nunguan plura, ff. de *Prisnatis delictis*: quod plura delicta plurius poenis plecti debent: ista autem lioni in aliis plura delicta, scilicet plures blasphemias: ergo, vel plurius poenis, vel saltem poena reuictificationis puniri debent. Respondeo, quod nec plurius poenis plecti debent quia non sunt euomite cum intercalo temporis: nec item plecti debent poena reuictificationis, quia non sunt plura peccata blasphemias formaliter loquendo, vt requiritur ad incidendum in casum, sed vnum. Obiectes, quod actus geminatus plus operatur, quam simplex. leg. Cum sentent. Cod. de Agric. & censitis, lib. 11. Respondeo, quod operatur aliquid plus quod offenditionem maioris malitia, sed non quod multiplicatatem actuum, seu blasphemiarum formaliter distinctarum.*

4. Nota